



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. LII. Cupressus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

pti videntur, quod minus animadverferunt Salomonem id notare voluisse, cessare tunc libidinis ardorem, cum Capparis nulla esse ceperit: id enim aperte signat, *Dissepata fuerit*: perinde ac si Græci per fabulas suas philosophentur, tunc ardorem Leandri gelidis aquarum fluctibus superari, *Ecclesi. c. 11.* cum primum Herus lucerna fuerit extincta.

## JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER LII.

### DE FUNESTIS ARBORIBUS, ET CORONIS ALIQUOT.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD LAURENTIUM GRANAM.

**U**ltimos illo die, quo Celsi Melini iusta, Academia universa deposcence, perdetusto majorum ritu celebravimus, memini te (facundissime Grana) dum funeris apparatus instruebatur, multa de me quærere super funestiarum arborum significationibus, quod nonnullam huiusmodi rerum inquisitioni operam dare me non ignorabas. Tuque meminisse debes pauca admodum ea fuisse, quæ mihi tunc, tanti ac talis amici casu conslernato, memoria succurrisset: tum quod eo totus conversus eram, ut quæ multa in præcepti juvenis desiderium à doctissimo quoque conferiebantur, sedulo colligerem collectaq; publicarem: tum quod nolebam eo tempore te nugis meis occupare, studiorum tuorum socium laudare meditantem. Quem quidem tu non laudasse tantum, sed diuturniori, vel æterna potius vita visus es mihi restituisse. Dignus quidem Celsus, qui tam eruditum, tamq; elegantem funeris sui laudatorem fortiretur: Dignus tu quoque, qui de juvene tam præstanti, tam docto, tam probo verba faceres, quamvis id letiori argumento factum omnes maluissimus. De qua quidem oratione tua multa alii præclare prædicant: nos exuperasse te & nostrum & omnium expellationem, qui de optima quaque concepimus, verissime profitemur. Tibi vero an ego responsurus sim in illis quæ percontatus eras, adhuc ambiguum est mihi: cum vi tamen, ut si quid per diligentiam assequi possem, tua me flagitationis memorem fuisse comprobarem. Itaque Cupressum, & Pinum, & Populum, & pro corona Salsicem, & quadam alia, quæ funesta sunt, perquisivi, de quorum significatione commentariolum hoc ad te conscripsi. Illa vero meminisse debes, cum de coronis quæreretur, quibus cenotaphium cingere solemus, respondi me, ex Salice, ex Moro, ex Caprifico & Loto demum ferta contextenda. Ex Moro, quoniam similem prudentiam tam juvenili ætate præ se ferebat, Ex Caprifico, quia cupiditatibus omnibus, quas innumeratæ ætas afferre solet, ipse jugum imposuerat. Ex Salice propterea quod summa erat adolescentem continentia præditus. Ex Loto, ad divinum ejus ingenium, & omnifaria doctrine studium: quorum quoque omnium rationes poteris ex hoc libello nostro cognoscere. Sed enim in his nihil forte novum tibi gratam tamen futuram spero industriam, quæcumq; esse poterit, meam, quod non contanter satis amico facere procurarim. Eslo igitur apud te nostri hoc amoris quæcumque monumentum: neque id horrore sit, quod senlia donamus: utpote qui Philosophus non minus rerum fines, quam ortus progressusq; sit contemplari solitus. Sed jam quid hæc sibi lignorum strues velit, inspiciamus.

#### DE CUPRESSO. CAP. I.

Cupressi significata apud Horum nulla sunt, apud Latinos & Græcos pleraque memorantur.

Nnnn

POLL.

*Quia Diti  
sacra, ideo  
que pro fi-  
quo fenebri  
ad domos  
posita.  
Plin. l. 16.  
c. 33.  
Palma pro  
Judæa cur.*  
Atque illud in primis, quod pollutionis aut incesti de alicujus morte loci, aut funeris signum fuit, ferali; illi apud omnes cognomentum: quia cum minime recidi va sit, humane conditionis sortem referre videatur. Quamquam Herodotus unam solam; Pinum ex arboribus recitam minime repullulare tradit, esseque, ut ipse ait, *τυνός λεβερν*. Nimirum animadvertat homo multa diligentia, recitam Cupressum in Creta beatiore insula repullulare, quod de Pinu nusquam observat.

## CRETA. CAP. III.

*Suet. in Ve-  
spasiano c.  
5.*  
*Medice ar-  
boris prodi-  
gium miran-  
dum.*  
*Quia pre-  
ceptor Ca-  
gnofies Ca-  
roli 5, Imp.*  
Quoniam vero Cretæ id præcipue concessum, ut renascentes, quæ præfectæ fuerint, Cupressus videat, nonnulli Cretam per ejusmodi arborem significari tradiderunt, non aliter, quam Palmam pro Judæa poni in Vespasianorum numis observatam: Palmæ siquidem & lætius & frequentius insulae proveniunt, quam usquam alibi. Cupressata porro Gnosiorum celebrat Plato, in quibus altivo die de legibus commentum à Megillo & sociis tradit. Non immerito autem magno habitum ostentio, cum arbor Cupressus altitudine conspicua in Vespasiani agro avito sine ulla vi tempestatis evulsa radicitus repente procidit, ac insequenti die viridior atq; firmior eodem vestigio resurrexit, grande, ut inquit Tacitus prosperumque, assensu aruspicum & summa claritas juveni admodum Vespasiano promissa. Apud Plinium legas, ubi de prodigiosis arboribus disserit, arbores multas, sine tempestate, ulla ve causa alia, quam prodigii, cecidisse, ac sua mox sponte surrexisse quæ fuerint saulli omnis & ostentio. Sedenim ne nostra negligamus, vetustis rebus nimium applaudentes, in Mediceis a diis quæ thesmis Alexandrinis dirutis incumbunt, hoc Romæ vidimus, quod huc in servisse minime fuerit importunum. Paucis admodum ante diebus quam Leo X. Pont. Max. moreretur, Medicam arborem, proceræ admodum magnitudinis, sed magna sui parte in latitudine ramos ad parietem affixam, ut perpetuo virore aulæ, quæ dicuntur, facere viderentur, casu nescio quo, noctu solutis pergulæ compagibus ita concidisse, ut cacumine terram attingeret, & à porticu in xystum prodeuntibus præaltæ curvaturæ arcum exhiberet. Subsecuta mox clarissimi principis mors. Neglecta arbor, omni tunc familia aliis negotiis occupata. Creatur interim Hadrianus VI. Pont. Max. ab extremis usq; Morinis in Italiz ludibrium perquisitus. Insequitur statim ab electione, maxima hyemis inclementia, nives juges, & in multos dies terræ, pertinacia Romano solo insolita, in hæsitantes, qualem tempestatem & nivium altitudinem, asperitatemq; acris nemo quantumlibet natu maximus Romæ se vidisse profitebatur. Sævit ea hyems in citreos lucos, & viridæ omnia, Medicis arboribus consista perstringit, & ad radicem usq; adurit: omnesq; illæ hujusmodi arborum delicia, quæ Romæ plurimæ frequentissimaq; erant, auferuntur: sola è nostris illa observata incolumis, quæ ante Leonis obitum prociderat: ac omnis ille ordo, qui ad eundem parietem adhærescebat, minima jactura læsus, cæteris omnibus ad repullulationem succisis ad imum caudicem: Quod si altero vix anno completo Clementē VII. Leonis præmortui fratrem patruelem ad Pontificatus fastigium eventum vidimus, cur Medicam illam arborem in ejus a diis, & inclinatæ fortunæ dejectam, & felicissimi successus, ab hyemis tam horridæ sævitia servatam, fuisse prænunciam affirmare vereamur.

## SEPULCRA NOBILITATIS. CAP. IV.

*Lib. 3.  
Arca ex  
Cupressis.*  
Sunt qui Cupressum funus quidem & sepulcra, sed non nisi nobilitatis significasse contendant: quod & Lucani testimonio confirmatur, ita dicentis: *Et non plebejos luctus restam Cupressus.* Sane Thucydides libro historiarum II. arcas fuisse dicit ex Cupressis, in quibus eorum esserentur ossa, qui pro salute patriæ mortem oppetere non dubitassent. Hujus autē instituti, ut Cupressus defunctis accommodaretur, principium nonnulli ad historiam referunt: ajunt enim A scepiadis authoris gravissimi testimonio, Boream Cætarum Regem cum filiam Cyparissam nomine amisisset, arborem hanc in ejus tumulo sævisse, à qua inde nomen inditum Cyparisso: mox à satu illo luctuosam feralemque haberi ceptam.

## MORS. CAP. V.

*Unde aut  
defunctori,*  
Nam & in ostentis mortis indicium fuit, quod tum aliis eventis tum Imper. Severi casu comprobatum est, cum Æthiops quidam claræ inter scurras famæ, cum corona è Cupressis facta illi obviam

A viam processisset, quem cum ille iratus removeri ab oculis præcepisset, coloris tactus omine, respon-

scu tumulis cupresso or- nabantur. Polydor. Hinc lib. 3. Effores de- morum. Seberi Im- peratoris casus.

DIS. CAP. VI.

Cupressus porro in tutela Ditis Patris, & ejus arboris rami sepulcris affixi, adsculptive, Dis Ma-

JUNO. CAP. VII.

EX ea autem arbore simulacra Junoni Reginae fieri iussa, in Plerisque prodigiorum expiationibus

simulacra ex cupressu.

ORPHEUS. CAP. VIII.

ET in Lebetharis Orphei simulacrum ex Cupresso cultum, quod cum Alexandri temporibus sude-

PULCHRITUDO SINE FRUGE. CAP. IX.

Indicat etiam Cupressus rei cuiuspiam sublimitatem atque pulchritudinem, ex qua tamen nullus

Hinc Plin. l. 16. c. 33. illa ait mo- rosam fru- ctu super- vacuam.

PERPETUITAS. CAP. X.

CUR vero Diis simulacra ex Cupresso fieri solet, in causa est materiz perpetuitas, odorisq; suavi-

Diis simula- cra ex Cu- presso cur- sabant. Plin. ibid. Lignu ejus nulla re- po- rre diutur- nitate sua- voluntiam exuit. Mat. in Dioscor. lib. 2. c. 87.

DE PINO. CAP. XI.

ET Pinum, mi Grana, non parvam habere cum Cupresso similitudinem, exploratum est.

MORS. CAP. XII.

AM mortis ipsa quoque indicium est, de qua idem observatum ubique, arborem excisam semel

Amaritudi- nis in sacris Mors in olla significatio.

est: hoc est, tanta est pulmentarii amarities, quanta mortis est. Eodem modo paucis ante diebus, cum post raptum in caelum Heliam, Hierichonta se recepisset, questi sunt ejus loci cives, aquas esse apud se pessimas, quas divinitus cum dulces reddidisset, numinis dictum citaverat: *Sanavi aquas erat, & non erit ulna mors in eis*, Sed ut ad piceam revertamur, Herodotum nonnulli carpunt, quod loquam piceam praefectam non repullulare dixerit, cum & Cupressum, & alias quasdam plantas ipsi agnoscerent, quae idem patiantur. Sed quantum ad Cupressum, attinet, diximus nos Herodotum ad Cretam respexisse, quas repullulare constans fama est. De Pinu vero, quod Staphylus Pini more dicit, pro abolitione, excidioque supremo, in memoriam adducit terribilem eam Croesi denunciationem, qua per caduceatorem Lampfacenis interminatus est, eos ut Pinum exterere, nisi Miltiadem, quem per insidias ceperant, missum facerent. Cumque Lampfaceni inter se quaerent, quid illud esset, quod Rex se ut Pinum diceret, extriturum, a grandiore natu cive edocti sunt, eam arborem semel excisam numquam amplius subpullulascere. Quod illi excidium veriti, Miltiadem consensim & vinculis exemptum liberum abire permiserunt.

Citatu a  
Dionisiano  
meminit &  
Suidas.

Isthmia  
quid.

**I**sthmiaci quoque certaminis praemium Pinus erat. Neque vero Pinu tantum, verum etiam arido olim apio sacri ejus victores coronabantur. Funestum enim esse etiam apium, suo loco docebitur. Quae vero apii corona Nemeorum victoribus dabatur, ex eo viridi texebatur apio, ut interpretes Pindari monuerunt. Erant vero Isthmia in Melicertae memoriam instituta. Et Paulaniam adhuc temporibus Pinus apud aram Melicertae germinabat, quem puerum a Delphico delatum expositumque, Sisyphus rei miraculo motus in Isthmo sepelisse fertur, & certamen illud instituisse.

ISTHMA. CAP. XIII.

**N**atura imaginem esse Pinum dicit D. Ambrosius: quippe quae femina a primo illo divino celestiq; privilegio accepta custodiat, partusque suos quadam veluti annorum vice & ordine ferat, neque nisi vi caloris admota excludat. Atque eadem ipsa nux flammam speciem imitatur, lacunatis in turbinem toris reticulato opere circumductis.

NATURA. CAP. XIV.

CYBELE. CAP. XV.

Quia ab ea  
Aitys pastor  
in Pini  
conversus  
fertur.  
Nami cum  
capite Cybeles  
explicatio.

**E**odem argumento & causa Cybeles Deae symbolum erat Pinus: nam & ipsa Dea rerum omnium mater habebatur. Videre vero est numum, in quo caput Cybeleium est de more turritum, ab altera cujus parte corolla impressa est ex duobus ramis Pineis, intra quos literae sunt  $\Sigma$  MYNAIN. Ubi illud quoque adnotatione dignum, quod litera  $\Sigma$  in eo numo figuram habet Latinae aspirationis in latus prostrata, ac solo projecta,  $\Sigma$  Hinc enim crediderim multa ea Graecorum vocabula, quae apud eos a vocali incipiunt aspirata, per  $\Sigma$  a Latinis enunciatam, utpote qui aspirationem  $\Sigma$  literam esse arbitrati sunt. Sic *enigma* septem, *serpens* serpo, *vescus* sus. Sive ea litera  $\Sigma$  nota fuerit, quod veteres inscriptiones plurimae  $\Sigma$  pro  $\Sigma$  litera ponunt: ut ZMYRNA Romae in Divae Anastasiae, & in Campo Florae in Veientibus arce castrum novi, OS SUIZ ZMARAGDI: in foro Trajani, EMILIUS ZMARAGDUS, & innumera alia, de quibus Grammatici viderint. Per Hetruriam vetusta pleraque conditoria Pinum insculptam habent, sive funerali argumento, sive quod apud eos Cybele olim vere coleretur.

AESCULAPIUS. CAP. XVI.

**A**pu'd Sicyonios Pineae nux Aesculapii symbolum habebatur. Nam & Pausanias auctor est, eum Deum cum sceptro, & nuce Pineae in manu altera, sculptum esse.

DE POPULO. CAP. XVII.

Qua arbores  
ferales.

**A**ccedit his Populus, multae & ipsa apud antiquos venerationis, quamvis inter infelices damnasque religione recensatur: quo in numero sunt omnes, quae neque feruntur, neque trucidantur.

FUNUS.

FUNUS. CAP. XVIII.

Et quoque apud aliquos inter ferales habita. Nam apud Rhodios ludifunebres in honorem Tlepolemi celebrabantur ab impuberibus pueris Populo coronatis.

Quo dicitur  
semin n. h.  
fructum se-  
rat.  
Plin. lib. 17.  
c. 10.

TEMPUS. CAP. XIX.

Per eam tempus etiam indicabant: propterea quod arbor ea bicoloribus sit foliis prædita, ex quo præcipuas ipsius temporis partes, quippe diem ac noctem referre videatur. Ideoque Probus Herculi dicatam ait, quod Phyci tempus per Herculem interpretantur. Quinetiam hoc habet Populus commune cum tempore, quod ejus folia post solstitium circumaguntur: nec alio argumento certius intelligitur fidus confectum, ait Plinius. Sunt vero & aliæ arbores, quæ foliis bicoloribus variaz conspiciuntur, ut salices, oleæ, citri: in illis tamen color pene idem, licet ab una parte dilutior, ab altera densior atque coloratior habeatur. In populo vero, hæc præsertim quæ alba nuncupatur, nam ea est Alcida gratissima, ut Maro, & in ejusmodi accipitur significatum, candor ex una parte pene niveus ac cerussatus, ex altera porracei folii instar validissimus. Narrant nonnulli fabulam, Herculem cum ad inferos descendit, ejus arboris coronam gestasse, atque eam foliorum partem quæ foris conspicua erat, fuligine terti chaus obscuratam, quæ interius condebatur sudore ablutam candidiorem evasisse: inde cum furculos eos in Acheruntis ripa sevisset, seminum id late propagatum. Sedenim ut apud Pausaniam est, Hercules Populum albam ex Theprotide regione juxta Acherontem fluvium genitam ad Græcos transtulit, atque hinc locus fabulæ datus. Acheron enim Theprotidis fluvius leucem, quæ alba est Populus, passim fert, perinde ac Alpheus oleastrum, Alopus Bæotia juncos, Menander myricas, Perseam Nilus.

Lib. 16. 13.  
Eleg. 7.  
Olympioni  
cus in libro  
de planta.  
Fabula.

DE APIO. CAP. XX.

Ex herbis vero ante alias omnes maximè ferale est apium. Neque tamen hic ego contenderim, utrum Selinon atque Petroselinon idem sint, an aliquid inter se dissideant, quam provinciam sibi doctissimi hac ætate viri suscipere, satis habiturus, si, quæ ad hieroglyphica quomodocumque pertineant, significata commemoravero.

Plin. lib. 27.  
cap. 8.  
πρωτον  
ου Ναιμα  
ου σελι-

NEMEEVS VICTOR. CAP. XXI.

Hominem apio, verum eo viridi, coronatum, Nemeeorum victorem significare magis vulgatum est, quam ulla indigeat repetitione. Quodque ea certamina in Archemori, ita ab Amphiarao vocitati, celebritatem instituta essent: quamvis nonnulli dicant, Herculem Nemeeo Leone domito certamen id sacravisse, cujus pretium apium esse voluerit. Ideoque Leonis herbam apium appellatam, de qua Pindarus Numeis Alcimedæ Aginetæ, *βοτάνη πένυ πού ἀλέοντι νικασύνη*. Historia tradit herbulam hujusmodi ex Archemori sanguine progenitam. Alii volunt inde Leonis herbam dictam, quod apium in Nemea latissimè vulgoque proveniret, qua Leo ibi verlatus affluenter admodum pasceretur.

πλετμέ-  
vos. Coro-  
na in Ne-  
meeis ex a-  
pio conne-  
xa.  
Lucianus,  
D. Gymna-  
sion.

LUCTUS. CAP. XXII.

Nimirum igitur apium luctus indicium est, quandoquidem herba ea, ut Pindari interpretes ajunt, est inferis sacra, luctuque dedicata. Nam, ut Græci authores prodidere, terrestre admodum est: effunditur enim libenter humi, plurimumque occari gaudet, ut solo propinquius adhærescat. Satum ejus semen, ut aniculæ nostræ fabulantur, ad inferos proficiscitur, prius quam enascatur. Orta inde fabula, quod ob soliditatem atque duritiem, quæ præditum est, aliquanto diutius quam alia intra terræ viscera morari videatur. Itaque mortalis Opheltis, qui mox Archemorus, terreno fuit honore decorandus: ex quatuor enim illis insignioribus certaminibus, Olympiis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis, ut Archias:

Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δὲ ἀθανάτων.  
Sunt duo mortali, sunt duo sacra Deo.

Nnnn 3

Morta-

*Quia mor-  
tem Am-  
phiaras &  
a principio  
Gita effat  
vaticinatus  
de quo prin-  
cipium, p-  
g. D. mors.*

Mortales Archemorus, & Melicerta, qui & Palamon Dii, Jupiter & Apollo. Præmia, Apollini Laurus, a qua pomi etiam nomine nuncupatur, ob grandiores baccas, quæ Laurus Delphica producebat, unde coronæ illæ decerpebantur, de quo vide apud Lucianum. Jovi oleaster, Palamoni pinus aut aridum apium, viride vero Archemoro, olimque olea. Minime vero prætereundus hic locus est, ad utrumque significatum funeris & victoriæ optime accommodatus: quippe cum Timoleon copiarum Græcarum dux, audito Bomilcaris & Afrubalis Carthaginensium adventu, qui classe bene magis comparata missi fuerant ad Græcos tota Sicilia pellendos, ipse cum quinque tantum peditem milibus, & equitibus mille, hostibus occurrere statuisset, profectusque Syraculis cum ad Crinifium anem, quo sciebat hostem venturum, processisset, factus est obviam milibus apium ferentibus: perterritis omne militibus, qui apio sepulcra coronari non ignorabant, quem morem Plutarchus in Sympolificis enarrat: vulgatumque erat inter Græcos adagium, incurabilem valetudinem apio indigere. Imo, inquit Timoleon, Coronæ vobis vel ante victoriam offeruntur, ad id scilicet alludens, quod Isthmiis victores apio coronabantur: dictumque eventus comprobavit, Carthaginensibus postmodum die victis profligatisque maiore suorum civium strage, quam unquam antea passi essent, insigni ac memorabili victoria Timoleonti acquisita. Sane plerisque in antiquorum monumentis, & in adscutis cantharis atque carchæis, apium observes, quippe mortis atque lucus indicium. Eo autem sepulcra, & alia mortuorum conditoria subterni solita priusquam cadavera inferrentur: eaque de causa cum veteres in convivii omnibus fere aliis coronamentorum generibus uterentur, flores & herbas omnes huc admiscerent, uno in primis apio, utpote quod nihil ad hilaritatem faceret, abstinabant.

*Timoleon-  
is apoph-  
thegma &  
p. niagema.*

## DE MYRTO. CAP. XXIII.

*An gula  
prima fer-  
tur Circeis  
in Epenorū  
tumulo si-  
sa.*

Est & Myrtus inter funestas arbores adnumerata, qua Thebis qui vincerent Jolea, coronabantur, de qua Pindarus in Isthmiis, ἠγλακοθεϊκὰς μύρτους ὀδύ ἀνήγ. Fuit autem Jolaus heros apud Thebanos divinis cultus honoribus, ad cuius tumulum Jolea ludos celebrabant, & huiusmodi coronam ex Myrto præmium instituerant: propterea quod, inquit interpretes, funebris esset arbor. Verum cum longe plura sint ab ea & genii & voluptatis significata, inter funestas has Myrtum profus inferere nolumus, sed eam cum latioribus, Rosa, Hedera, & quibusdam aliis conventiori loco pangendam existimavimus.

## DE SALICE. CAP. XXIV.

Postea vero quam iusta iis, qui præclaro fuerunt ingenio, rite per solvimus, tempus est ut ad latiora convertamur argumenta. Promiferam enim superioribus diebus (Grana) tibi, priusquam finis hoc incideret, de Salice, de Maro, de Caprifico, de Loro, quæ deducita essent hieroglyphica præscribere. Ea igitur in hunc modum disponemus.

## VINCULUM CAP. XXV.

*Psal. 136.*

Salicem in primis esse vinculorum symbolum, tum ex quotidiano ejus virgulti usu manifestum, ad id enim plurimum comparatur: tum Divinæ etiam literæ attestantur, cum Judæos dicunt patris abductos sedibus, miserimo Babylonis incolatu organa sua in salicibus suspendisse, de quo paulo post.

## CASTITAS. CAP. XXVI.

*Ideoque à  
Gracis a-  
gnon dicitur,  
Plin. lib. 14.  
cap. 9.*

Quod autem nonnulli ajunt salicem castitatis indicium esse, tamen de ea nihil Aegyptii, non incongrue tamen confictum est: sive sit propter vinculi significatum, quod ejus materia sit plurimum apta vinculis, atque ideo coercitionis indicium sit: & castitas ipsa modo zona, modo campestri modo alio atque alio vinculo coercenda præcipitur. Sive sumptum ab Amerina salice quæ lectis accubilibus imposita, castitatem inducit. Sive ab eo, quod plerique authores tradunt, folia hujus arbo-

Arboris contrita & pota, intemperantiam libidinis efficaciter frangere: sapientis vero sumpta, usum in totum auferre. Unde Homerus sapienter, salices *ἄλεσκἀρπες*, nostri veteres *Frugiperdas* appellaverunt, vel instructuosas, cujus scilicet semen in potu acceptum efficit ne conceptus subsequatur. Sane Porphyrius in iis, quæ circa Homericam philosophatur, salicem ab eo *ἄλεσκἀρπος* vocari tradit, quod semen prius quam maturescat abicit. Sed idem ea potius de causa dictum putat *ἄλεσκἀρπος*, salicem enim quod semen illud, sive fructum appellare quis malit, ex vino propinatam sterilitatem faciat feminali omni vi protinus labefactata. In Divinis porro literis, ubi jubetur populus Dei tabernaculorum festare celebrare, quippe in tentoriis omnes habitantes Palmarum ramos, ac frondes salicis manibus prætereundere, nimirum per salicem continentiam intelligimus. Idque volumus admonitum, apud rig. homil. 9. super Exodum, in qua de tabernaculo agitur, eo loco in damno esse impressos codices, ubi legitur: *Arbor autem populi & salix, virgulta sunt castratis*, ubi dubio procul legendum est, *virgulta sunt castratis*. Forte autem non temere id scribere aliqui, credentes saligna corona coronandos eos, qui juxta Esaiam dictum, *quasi salix super fluentem aquam oriuntur*. Neque alia de causa crediderim apud gentes lascivissimum, quem fingunt, hortorum custodi salignam falcem adhibitam, nisi ut Venenis pruritum, & impudicas cogitationes castitatis falce refecandas admoneremur.

## STERILITAS. CAP. XXVII.

Salicem porro sterilitatis hieroglyphicum intelligi voluerunt, Maronem secuti, qui salicem in steriles infecundas memorat plantas: ubi Servius semen salicis esum infecunditatem ait mulieribus gignere, quippe qui Maronem ajunt eam infecundam appellasse, quin semen non habeat, norint salices habere in foliis grana quædam, quibus vis feminis inest, ut eo commisso terris arbor surgat tanquam surculo defosso, vel æquæ ac si de femine pullularet. Sciendum tamen eam ocysimè semen perdere, quippe quod ante maturitatem in araneam abeat. In Creta tamen insula fructum ad maturitatem ferre perhibetur.

## OTIUM. CAP. XXVIII.

Euthymius ubi, quod superius attigimus, legitur, *In salicibus suspendimus organa nostra*, per salices *Psalms. 137.* Otium interpretatur, propterea quod arbores hæc sunt infecundæ, quippe sine ullo utili, ut dictum est, semine. Nam cum Judæi in eam tracti captivitatem prope Babylonis flumina defedisissent, captivitatemque suam tantam deplorarent, nihil habebant quod eos ad cantus hilaritatem invitaret. Ignavam igitur per otia vitam trahere cogebantur.

PRÆMATURUM INCREMENTUM.  
CAP. XXIX.

Sunt qui per integram hanc & adultam jam arborem præmaturum incrementum, adolescentiamque ante annos mira auctam proceritate, significari velint. Manifestum enim unicuique est, quam cito, quantaque ramorum densitate constipata crescat salix. Hinc Verrius eam ita dictam interpretatur, quod ea celeritate crescat ut salire videatur. Quamvis non ignoro sententiã hanc à Festo Pompejo irrisam, qui etiam id damnat, quod non virgulti genus potius, quam arborem jam appellari. Sed hæc austerea nimis est Grammatici censura. Levitico feriis quæ xv. septimi mensis colligendis fructibus celebrantur, *salices de torrente sumi præcipiuntur*. Theologi plerique omnes hic quoque per salicem castitatem interpretantur, moderatamque conjugii continentiam, sive, ut superius dictum propter vinculorum ex ea usum: sive, quia fructum non facit, veluti Eunuchi, quos viros vocat Evangelium, de quibus apud Esaiam: *Non dicat Eunuchus aridum se lignum esse, quia in domo mea dabo eis Esai. 56.* *lucis nominati à filiis siliabus*. Mox attestacionibus loco subjungit: *Dabo inquam eis sempiternum nomen. Penitentia* Quod vero loco hoc positum est, *salicem de torrente*, sunt qui orationis & penitentia hieroglyphicum esse velint, ut eo identidè loco Psalmographi: *Super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus, cum recedat enimur in Sion. In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra*. Orationes enim & quæ penitendo *Esai. 44.* lachrymæ,



Lachrymæ oboriuntur, indigent invicem commiseri, de quibus Elaias: *Sicut salices super præterfluentes aquas.* Alii torrentem loco hoc pro præsentis vitæ decursu capiunt, in quo subita tot incommoda quotidie nobis ex improviso ingruunt, qualibus Christus noster exercei voluit, qui & ipse de torrente, qui secus hanc viam præterfluit, bibere non recusavit.

## DE MORO. CAP. XXX.

IN quibusdam arborum variarum commentariis, in amicorum quorundam gratiam conscripta fortitudinem ex quercu, iustitiam ex palma, temperantiam nuper ex salice significari ostendimus. Nunc autem (Grana) quartam etiam his addemus Heroïnâ, quæ quidem prudentia est.

## PRUDENTIA. CAP. XXXI.

**E**Am per morum ex arboribus significari ex eo compertum est, quod una omnium prædicationis prudentissima censetur: utpote quæ non ut multæ properat, quæ ubi primum lenioris mitiorisque aliquantulum auræ spiraverit, erumpunt in germina, & flores exsinuant magna interdum strage, ob temporis inconstantiam. At morus ne pruina lædi possit, quam hostem sibi perniciosum agnoscit, non ante germinat quam frigus penitus fugatum esse cognoverit, atque ad amoenissima adulescenti veris tempora perventum omnino sit. Addit hoc, quod rem prope conficit, & quod sapientissimè illius præcepto mandatur, *το καριον ου ποσει.* Una enim ferè nocte tota germinat, foetum celerissima grandit & maturat, ne caloris etiam adventantis injuria lædi possit.

*Ad Verbum  
à Plin. libr.  
16. cap. 25.  
Morus quo  
tempore  
germinat.*

*Hinc forsitan  
iudicabili  
apud A.  
rbeneum*

*l. 2. p. 688  
καριον ου  
ποσει. Moro  
maturior.*

## DE CAPRIFICO.

## TEMPERANTIA. CAP. XXXII.

**S**Ed enim cum salicem pro castitate posuerimus, quæ bonæ mentis vinculo uti zona coercita se se probet, eamque temperantiam etiam esse interpretati sumus; cum virtus hæc ad alias quoque cupiditates coercendas, frenisque atque catenis compescendas progrediatur, sitque omnino temperantia, ex Ciceronis definitione, moderatio cupiditatum rationi obediens, optimè videntur Ægyptii fecisse, qui virtutem hanc per Caprificum expressere: ea siquidem collo Tauri quantumlibet lascivientis alligata, animal ferocire minimè permittit, sed lascivia ejus atque petulantia omni cohibita, eum obtemperantem reddit, neque quicquam sinit immodestius facere.

*Temperan-  
tia defini-  
tio.  
à Plin. libr.  
27. cap. 7.*



## JUNO. CAP. XXXIII.

**Q**uod vero alicubi videas. Caprifici ramum simulacro Junonis appositum, ea de causa factum quod Nonæ apud Romanos erant Caprotinæ nuncupatæ: quibus, ut author Varro est, matronæ sub ficu Junoni sacra faciebant, & ex Caprifico virgam adhibebant, nempe ob memoriam pudicitie servatæ: cum Philotis ancilla Senatui suavit, ut pro matronis & virginibus, quas hostes dari sibi obfides petebant, ipsa cum ancillis aliis habitu matronali cultæ submitterentur: cujus laudata sententia, cum omnes hæc secum potiones meracas in lætitiâ signum attulissent, conviviumque simulassent, hostes lætabundi, comestatione & potu gravidi, post jocos quieti se dederunt. Hic Philotis signum dedit ex Caprifico, per quam de monibus, ubi nata erat, propendentem

*Ad Verbum  
à Macrobi.  
Saturn. lib. 1.  
cap. 11.  
Philotis an-  
cilla senten-  
tia laudabi-  
lis.*

dentem irrepserat. Romani exciti impetum in dormientes faciunt, eosque cadunt, & clade scediffi-  
 A ma fugant, potitq; victoriam, sacrum id instituire, ut ancilla matronis æquatæ Iunoni, quam à Ca-  
 pitulo Caprotinam appellavere, sacrificarant. Ad hoc sacrum respexit Ovid, cum in arte dixit;  
*Porrige, & ancilla qua pennis luce pependit,  
 Lusa maritali Gallica veste manus.*

## DE LOTO. CAP. XXXIV.

INER arborum significata nulli apud Ægyptios major honos habitus quam Loto mirificæ omni-  
 no arbori, & quæ magnam cum cœlestibus consensum habeat, sitque veluti nostrarum rerum ad  
 superos internumcia.

## ORTUS SOLIS. CAP. XXXV.

ERAT vero Lotos apud Ægyptios Sacerdotes exorientis primum Solis imago quædam, ubi in-  
 strictionem in ea residentem appoluisse: hinc utiq; vapores illos matutinos, qui à Sole moventur, *Hæc à Theo-  
 phrasio lib. 10. de plantis.*  
 significatum, exortum quippe, Lotos indicat: idque inde sumptum crediderint, quod ea ante Solis  
 emerulum implicata folia habeat, quæ quidem ita sensim exsnuantur aperiunturq; , uti magis & ma-  
 gis tollitur jubar Solis: maxime vero panduntur, ubi medium Deus iter emensus est. Eodem vero  
 decedente, folia ipsa vicissim contrahuntur, complicariq; incipiunt, ac insinuari, veluti nulli patere  
 velli ut quam numini quod venerantur, atq; ita quibus licet modis, eo abeunte sese intra claustra co-  
 hibeant. Quod, ut Proclus ait, observatum à Magis, ut nulla prorsus contatione sacram eam esse A-  
 pollini credentem, effecit.

## VESTALIIUM INITIA. CAP. XXXVI.

ERAT & Romæ maxima in celebritate Lotos capillata, cui Vestalium virginum capilli cæsi defe-  
 rebantur, veluti puberum adolescentium Apollini, vel Esculapio ejus filio. Græci vero flumini-  
 bus patris casariam offerrebant, illis eam dicebant, offerrebantq; , quod quandam omnino cum Lo-  
 torationem alimonie præ se ferebat, perinde ac arbor ipsa felix cognominata, tum ea, quam superius  
 attulimus ratione, quod Deo tam familiaris habeatur, ut sedes ejus statuatur, tum quod irriguo sem-  
 per solo pullulet. Neq; me fugit quas arbores Verranius dixit felices, sed quæ ille scripsit, ad augu-  
 ralem disciplinam retulit. Nobis hæc Ægyptiaca de ipsius naturæ vi satis fuerit desumpsisse.

## DEI ADVENTUS. CAP. XXXVII.

UT vero ad Solis ortum revertamur, minime prætereunda est Memnonis statua sedens, nigro &  
 lapide, quæ magna religionis celebritate in Æthiopia visebatur in quam ducem ipsum postea  
 quam ab Achille confossus fuit, transmigratum fabulantur. Erat ei diei advenientis indicium, ut Au-  
 rora filius maternum officium imitaretur. Eo autem artificio fabricata erat, ut Sol primo statim or-  
 tu radios suos in os ejus ejacularetur, ac veluti plectrum aliquod ibi sonam excitaret, vocalique si-  
 gnificatione jam adesse Deum annuncieret.

## MUNDI MOLES PLENA DEO. CAP. XXXVIII.

ALTI mundi molem ex ea specie, Deumq; in ejus medio compositum residentemque intelligere  
 maluerunt. Interpretatur hoc Jamblichus ad Porphyrium scribens: commentumque hoc i deo  
 ab Ægyptiis excogitatum ait, quod Lotos limosis præcipue locis fructificet, sitque in primis aquati-  
 ca: quod veteres illi præcipuum generationis argumentum contendebant, qui Oceanum rerum pa-  
 rentem omnium dicitarent. Observaverant autem in ea demum omnia orbis ulata & rotunda, quip-  
 pe folia atq; poma, ex qua quidem effigie perfectissimaque forma mentis actionem perfectioni in-  
 tentam ostendi profitebantur. Deum verò infantili ætate, utpote unicum atque perpetuum rerum  
 omnium principium, nullo conficiendum senio, neq; ipsum ulli, ætatum variantiæ obnoxium, super  
 actio-  
 Divis.

O o o o

actionem ejusmodi in seipso totum consistere, ac principatus reliquos exuperantem, sanctum, incorruptum, & ubiq; venerandum conquiescere. Nam divinitatem ex ipso etiam sedentis habere inter noscebant, se solum enim Deo in primis accommodabant, quem nulla unquam potest inquietatio sollicitare, commovere. Quin & sedentem Cynocephalum statuebant, cum æquino etiam quietem æqualitatemq; describerent, quæ quidem necesse est ibi sit, ubi nihil subfultat quod alterum inquietet: sed omnia firma, stabiliq; in æquilibrio conquiescant. Quod vero initio diximus infantem insidentem in medio Loti poni solitum, observata sunt etiam ab Ovidio, apud quem mater ita loquitur 9. Metamorph.

*Hunc tamen infantem maternis demite ramis,  
Et date nutrici, nostraq; sub arbore sape  
Lac facitote bibat, nostraq; sub arbore laudas.*

Sic infantem hunc videmus apud Poëtam in Loto sedem figurari.

## JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM LIB. LIII.

DE IIS QUÆ PER OLEAM,  
VITEM, ET FICUM  
significantur.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ILLUSTRIS, ET REVERENDISS.  
REGINALDUM POLUM CARD.



MILITARIS mihi tota vita mos fuit, optime clarissimeq; Reginalde, ut clarorum hominum, quos precipue colerem, moribus contemplandis non parum adhiberem studium atque diligentiam, ut scilicet qua quisq; parte excelleret, ea precipue commendaretur. Nam, ut optime nosti, Deos hominesq; a partibus laudare Homerus instituit. Cum itaque quatuor in primis laude præstares mecum examinarem, perspiciebam. Vir rarissime, trias esse, quæ de laudum tuarum principatu inter se contendere videbantur. Hinc enim bonarum literarum, optimarumque artium doctrina primum sibi locum assererat: inde admirabilis ea morum suavitas, quæ & summa benignitas, & singularis humanitas comitabantur, doctrinam sibi cedere imperitabat. Virgebat tertio loco pietas integerrima, vite moderatione conspicua, divinarum rerum studio fervida, omnibusque probitatis numeris absoluta: qua licet ab omni esset ambitione alienissima, nilque speciosum in proptulso jactaret, suam se virtute involuens, aliena nihil opis indiga, si vni sibi pretium esset, fatiis habere videbatur: quo tamen magis ab ostentatione aliena erat, ea admirabilior illustriorq; apud omnes evadebat. Quocumq; me igitur animo & cogitatione converterebam, ambigens quam ibi precipue partem attribuerem, mecum aliquandiu dubitavi. Nã si tu cum reliquis & probis literatis viris, quos tu semper unice liberaliterq; fovisti, ad mensam meam Ægyptiacam, adhibendus eras, consentaneum videbatur, ut quatuor symbola in talium convivarum sodalitiu conferres agnosceretur, quia, cum esset nuptialis ornatus appareret. Sed enim animadverti demum nulla earum, quæ in te conspicua sunt, virtutum partem ab alterius societate disjungi. Quorsu enim doctrina, nisi qui per doctrinam mores comparatur, ita præsto sint, ut & doctrina laus moribus optimis adjuvetur, & mores ipsi doctrinæ firmamento innixi stabilitiq; fulciantur? Deum vero illa pars vix apud illos unquam illustris habita, nisi & mores & eruditio fidissimi ceteris accesserint;